



ÖRTÉNETI U APOK.

FELELŐS SZERKESZTŐ
K. PAPP MIKLÓS.

Megjelenik minden vasárnap. — Előfizetési ár: Félévre 6 f. Egész évre 12. f. — Szerkesztőségi iroda: Lyceumi nyomda. — Kiadó hivatal: Gr. Teleki Domokos ház nagypiacz.

Tartalom: Egy felségsértésipör történetéhez. (II. közlemény.) Közli K. Papp Miklós. — Okmányok és levelek az 1613-ik év történetéhez. (V. közlemény.) Közli Szilágyi Sándor. — A bécsi titkoslevéltár okleveleiből. (XIV. közlemény.) — Levéltári adatok a XVI. és XVII. század történetéhez. (IV. közlemény.) — Murat pasa levele Rákóczi Zsigmodhoz s ennek válasza és Ahmet szultán levele. — Tárca: Egy uti napló. (I. közlemény.) Közli K. Papp Miklós.

EGY FELSÉGSÉRTÉSI PÖR TÖRTÉNETÉHEZ.

Közli: K. Papp Miklós.

(Folytatás.)



idem exhibitis id unice mittendi, ut memet ejusdem favori insinuarem et omnem, si quam, vel in Communi in Nos, vel in me haberet, diffidentiam tollerem, ac consequenter aquirendo medio meae accomodationis ejusdem patrocinio incaptivatorum negotium quantum fieri posset facillioris redderem cursus.

Nec diffiteor omnem mihi exhibuisse humanitatem, atque prout erga omnes comis est, eadem quoque me persecutum fuisse comitate, imo et Deputationem et Zelum erga incaptivatos Nostrum probare, et ut apud aulae Ministros additis etiam nonnullorum nominibus memet insinuarem commendare, ibidemque incaptivatorum libertati restitutio-

nem non erga cautionem, sed comperta eorum innocentia, cum plenaria legali satisfactione, delatorisque denominationem urgerem svadere dignatus est, id quod sequentibus statim diebus facere constitui.

Primum igitur Excellentissimum Supremum Aulae Cancellarium Dominum Comitum a Zinzendorf adii, exhibitis eidem litteris, quae hae fuere

Excellentissime S. R. T. Comes, Domine
Domine Gratosissime!

Victi lamentis conjugum, liberorum, fratrumque et sororum ineunte vere arrestatorum sanguinis Nobis ac etiam Sacrorum necessitudine junctorum, assentiri debuimus, ut e suis nostrisque perinde fratribus Illustrissimus Comes Dominus Emericus de Bethlen eorum nostrique, quantum par est, nominibus, preces ad haereditarium Principem Dominum videlicet Nostrum naturaliter Clementissimum depositum mitteretur. Conternati sunt omnes finitimae hujus Provinciae haereditariae cives, et simili casu percussi, quorum animos ne cogitatio quidem detestando se crimine polluendi subiit, et a metu, dolore, ac admiratione varias in partes distracti, quid agunt? Nec de sui securitate persvasi ignorant, et quovis malo plus timent. Ut igitur Excellentia Vestra, veluti cui pax et tranquillitas Suae Majestatis Domini et Principis Nostri Haereditarii Subditorum curae cordique est, praefatum expressum nostrum, negotia miserorum arrestatorum acturum, quoties res postulaverit, gratiose admittere, ei benignas aures praebere, precibusque ejus apud Augustam Majestatem pro

constanti suo, quo erga justitiam flagrat amore, opitulari dignetur, Excellentiam Vestram submissee oramus.

Habitura est Excellentia Vestra pro isthac justitia distributiva omnino in coelis remuneratorem Deum, a quo longaeвам Excellentiae Vestrae Excelsaeque ejus domus felicitatem ex corde precantes, manemus

Excellentiae Vestrae

Cibinii, 14 Junij 1738.

humillimi servi

Comes ADAMUS BETHLEN. Baro SIGISMUNDUS BÁNFFI. B. JOSEPHUS NALÁCZI.

Eundem submississime rogavi, dignaretur libertatem toties mentionatorum incaptivatorum maturare, legaleque eorum satisfactionem, ut et consolationem gratiose procurare, hic brevibus ut solet et jam videbimus, respondere dignatus est, inde me ad Excellentissimum Dominum Comitem a Kévenhiller Excelsi Consilii bellici Vice Praesidem, et consequenter ad Excellentissimum Gundacherum de Staarenberg, Excellentissimum Supremum Commissariatibus bellici Praesidem Comitem a Neszszelroth, Excellentissimum Camerae Praesidem Comitem a Dietrichstein, Illustrissimum Dominum Referendarium Intimum de Managetta, atque Illustrissimum Referendarium bellicum a Webern contuli, exhibitis singulis, quibus expeditae erant ad conformitatem prioris litteris, in spem me omnes exererunt, brevi in causam inquisituros adeoque finem eidem imposituros. Hac spe totus plenus medio Domini Sigismundi Fancsali et Samuelis Szilágyi agentium nimirum Status Reformatorum Transylvaniae supplicem continuavi libellum, qui ita est:

Augustissime Imperator Princeps Haereditarie Domine Domine naturaliter Clementissime!

Gemebundi benignissimis Sacratissimae Vestrae Majestatis pedibus supplices provehimur coram Illustrissimo Sacratissimae Vestrae Majestatis Throno innocentiam incaptivatorum maritorum, patrum, fratrum, consanguineorumque declaraturi, ne dum eos ob crimen conspirationis, prout ubique fama

fert, incaptivatos, silentium criminis ejusdem arguat.

Non imploramus tamen Augustissime Imperator misericordiam neglecta justitia, sed ita utramque conjunctam esse cupimus, ut major tamen hujus quam illius habeatur ratio, si enim conspirationis, si prodicionis, perduellionis, criminis laesae Majestatis, publicaeque patriae tranquillitatis turbatores, violatores atque rei sunt, propria nostra sententia istos condemnamus, eandemque ad vigorem legum patriarum exequi desideramus; quod si vero innocentissimi deprehensi sint, si nullam legalis suspicionis ansam pro tanto horrendo crimine praebuerint, per misericordiam Dei, per ipsa Christi Domini vulnera, preciosissimaque sanguinis ejus effluvia Vestram oramus Sacratissimam Majestatem, ne eos diutius cum tanta honoris, vitae bonorumque jactura detineri patiatur, imo quantocyus libertati restitui benignissime jubeat.

Equidem penetrare non possumus, quid delatorem induxerit, ut pientissimi haereditarii Principis Nostri animum ab ipsis fidelissimis aliisque in subditis aut alienare, aut eorum in Augustissimum Principem fidelitatem suspectam reddere intenderet, nam seu vitam mores, conversationes, studia atque aetatem, seu majorum merita propriaque erga domum Augustam fidelitatis documenta, Statum, conditionem, fidem ac religionem trutinare libuisset, nil certe nil, Deum in testem vocamus, ad eruendam criminis laesae Majestatis, perduellionis infidelitatisque notam firmi producere potuisset.

Samuel quippe Comes de Bethlen atque Joannes Liber Baro de Lázár duobus abhinc annis, ut in numerum Regiae Tabulae Judicariae Assessorum promoverentur, Vestrae Sacratissimae Majestatis effecti benignitas; ille nunquam infidelis, ad demerendam tanti Principis clementiam filium primogenitum militaribus Vestrae Majestatis Sacratissimae servitiis obstrinxit, qui actu in Incl. legione Vetesiana qua vexillifer servitium praestat, cujus et pater tam in conflictu contra Turcas et Tökölianos Anno 1690, ubi Generalis Heisler incaptivatus ad Törösvár, quam contra nefandam ultimae revolutionis colluviem ad

Szent Benedek inito cum ipsa vitae sanguinis-que jactura fidelitatem et quidem ad tumulum usque constantem testatus est. Hujus quoque pater erga Augustam Aulam ad ultimos usque dies semper fidelis et ipse praeterito saltem anno matrimonium iniens, nulla unquam infidelitatis vel suspitione notatus Vestrae Majestatis Sacratissimae munificentiam studiis, diligentia ac fidelitate demereri totus intendit.

Michael Toldalagi, homo fere septuagenarius, prorsus coecus et surdus, quem ita visus atque auditus destituerunt, ut nec camelum prae oculis existentem videre, nec sonum nisi fragoris intensissimi audire amplius possit.

Sigismundus Toroczkai sexaginta et quod excurrit superavit annos, quem apoplectica aliqua ita debilitavit species, ut corporis partem vix amplius sustinere possit, eaque oneri potius quam obeundis corporis muniis inservit. Hinc a longo jam tempore neque oeconomicarum, tanto minus publicarum rerum cura tangitur.

Franciscus Rédei fere sexagenarius, hunc et podagra et singulis noctibus ephialtes ita infestant, ut jam tumorem etiam pedibus induxerint, unda lecti potius custodem, quam reipublicae turbatorem merito dixerimus.

Ladislaus Rédei 26 praeter propter annorum, natura mitis, humanus, modestus, cujus indolem plegma et sanguis ita tamen, ut illa potiore occupasse videatur partem, temperarunt, hinc auditu criminis, ob quam in captivitatem ducendus erat, atrocitate in deliquium incidit animi, contractoque exinde maerore saepius in captivitate diem obiisse fama spargebat.

Stephanus Szigethi Reformatorem non pridem factus Superintendens, homo totus canus, semper fidelis, quem aetas, studium, prudentia ipsaque professio, imo per cum ordinatae in ecclesiis pro felicibus Augustissimae Vestrae Majestatis armis preces, devotionesque publicae ab ejusmodi crimine facile absolvunt.

Sigismundus Borosnyai adhuc juvenis, vix finitis scholasticis suis studiis ac peregrinationibus redux, ad tradenda humaniora uno ante incaptivationem mense accomodatus, nul-

lis plane indiciis tanti criminis vel suspectus, nedum reus conseri posset.

Nihilotamen minus hi conspiracy rei, hi publicae tranquillitatis turbatores, hi contra Augustissimum et Clementissimum nostrum haereditarium Principem, contraque Augustam ejusdem Aulam, clandestinas fovere machinationes cum profugo ac perfido inire Rákoczio amicitias, ad promovendasque ejusdem intentiones, mille jam et ultra conscripssissimi milites, publicis etiam traducuntur literis, et quidem tunc quando Sacratissima Vestra Majestas eum copiosissimam in Transylvania militiam, quando in hibernis ad confinia Transylvaniae omne plane exercitus robor collocatum haberet. Cur igitur, nunc potius quam tunc, cum tota Transylvania imo ipsa etiam Hungaria militibus nudaretur, cum Gallicis etiam omnia implicarentur armis, cum ipsa occasio nefanda talis intentionis successum perversis subministrare videbatur?

Sed quis eorum sive rerum patriarum tam ignarus, ut intollerabile nec e memoria oblitteratum adhuc Turcicae Tirannidis jugum Clementissimae Majestatis Vestrae Sacratissimae Regimini praeferat, seu tam protervus Christianitatis contemptor, ut Paganismo potius, quam isti sese submittere velit, seu tam juratus patriae hostis, ut ora intestinis involvere bellis ultimisque ejusdem maturare excidium studeret? Certe nefanda haec crimina vel cogitationi horrorem incutiunt, iis praesertim, quibus semper obsequium ac avitica fidelitas pro gloria fuit.

Patiatur igitur Sacratissima Majestas Vestra hisce motivis in pura veritate fundatis se in eorum commiserationem commovere, atque cum jam a 29-a Martij excussis omnibus literis, literalisque instrumentis, trutinisque iis quae ad suspicionem quoquomodo detegendam faciebant indiciis, et tamen nihil praeter magis aegrefactum animum, quod nostra literalia instrumenta et jam de bonis haereditariis existentia ad multorum et nescimus quorum perlustrationem contra expressivas patriae leges devenerint, elicitedum sit ad minus nihil in publicum, quo causa eorum aggravari tanto magis cadere possit, prodierit, ut sic, a tanto silentio facile ad eorum absolutionem concludere nobis liceat.

Suplices proinde coram justituario Sacratissimae Vestrae Majestatis Throno prostrati humillime instamus, dignetur Vestra Majestas Sacratissima eos partim morbis, partim senio gravatos, omnes omnino innocentes fidelesque Sacratissimae Vestrae Majestatis subditos, competenti cum honore legalique consolatione pristinae reddere libertati, et simul ablata nobis literalia instrumenta salva ac illaesa restitui facere, ob quam Caesareo Regiam instantiam ac clementiam Deum suplices pro glorioso Vestrae Majestatis Sacratissimae Regimine, pro felicibus contra immanem Christiani nominis hostem armis, venerabundi emorimur

Sacratissimae Vestrae Majestatis

humillimi perpetuoque fideles etc. etc.

(Folytatása következik.)

OKMÁNYOK ÉS LEVELEK

az 1613-ik év történetéhez.

Közlő: Szilágyi Sándor.

1613. nov. 18.

XXIV.

Spectabilis et magnifice domine, frater observandissime. Salutem et servitiorum *stb.* commendationem.

Homonnay uram az terebesi contractus szerént köteles kétszáz lovas és kétszáz gyalogot tartani, kiket, mivelhogy ide elegendő had vagyon, rendeltem kegyelmed mellé, kegyelmed annakokáért szállítsa melléje és szolgáltsaon úgy velek, az mint az ő fölsége szolgálhatja kívánja. Annakfölötte Nyáry István és Ibráni uraméknak is meghagytam, hogy az 300 lóval az Sárközben szálljanak és szorgalmatosan vigyázzanak, kegyelmedtől hallgatván; kegyelmed ez hadaknak viselje szorgalmatos gondját, az mint legjobban tudja és szolgáltsaon velek.

Homonnay uram ide Rozgomban érkezett, Daróczy uram tractált vele; de az mint kegyelmed írja, nehéz ő vele végezni. Én kegyelmedet arra kérem, levele által requirálja, ha akar-e velem atyafiuságosan compónálni, avagy nem és arra, az mire én (is)

accedáltam, úgymint az leányasszonynak, mint-hogy az jus regium is nálam vagyon, ötven ház jobbágyát örökben adván, kivel még az atyja is in praejudicium juris regii ilyen jól nem cselekedhetett, accedálni; hol nem, kegyelmedet kérem, rescribat ő fölségének, hogy én minden amicabilis compositióra kész voltam és én rajtam semmi el nem mult; hogy tudjam én is ő fölségének sollicitálnom és valaha végét érnem. Éltesse isten kegyelmedet jó egészségben. Datum Cassoviae 18. Novembris Anno 1613.

Spectabilis et magnificae D. Vestrae

frater et servitor paratissimus

Comes SIGISMUNDUS FORGÁCS m. p.

Külczim: Spectabili ac Magnifico domino Andreae Dóczy de Nagy-Lucse *stb.*

(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

1613. nov. 25.

XXV.

Prudentes ac Circumspecti viri. etc.

Jó emlékezetiben vagyon, tudjuk, kegyelmeteknek, minemő conditíók alatt engedte volt szegén megholt Illésházi István uram, az mi praedecessorunk Nagy-Bányát, az kegyelmetek várasát az boldog emlékezető Báthori Gábor fejedelemnek ő fölségének Erdélyhez birnya; mely ő kegyelme felöletek való végezését és dispositióját császár urunk ő fölsége is bizonyos okokból ideig helyén hagyta volt és engedte birnya szegény Báthory fejedelemnek; de minthogy mostanában szegén fejedelemnek ilyen véletlenül halála történt, az kegyelmetek várasa ismét az ő fölsége császár urunk birodalma alá visszaszállott. Annakokáért intünk szeretettel beneteket, ha magatok jóvát és megmaradását szeretitek, egyebet ne cselekedjete, hanem az mi kegyelmes urunknak, az római császárnak hűsége alá adjátok mindjára magatokat és mindenekben ő fölségétől függjete. Ne kételkedjete benne, hogy ő fölsége mint annakelőtte, ezután is minden jó akarattal és kegyelmességgel leszen hozzátok és igazságokban minden bántás nélkül szépen, csendesen megtart. Ha pedig ezt nem cselekednéte és az ő fölsége hozzátok való jó aka-

ratját, kegyelmességét megvetvén, másova folyamodnátok és az ő hűségét másnak tartanátok, bizonyosak lehetek benne, hogy hamar való nap nem kicsin veszedelem, kárvallás következik reátok; mert soha ennekutánna császár urunk ő fölsége Nagy-Bányát Erdélyhez nem engedi birnya; holott ezelőtt is az megholt Báthori fejedelemnek csak jó akaratjából engedett volt benneteket császár urunk ő fölsége birni. Errül azért mindjárást gondolkodjatok és minket hamar való válaszzsal értessetek. Tartson meg isten benneteket. Datum in Arce nostra Bicsé, 25. die Novembris Anno 1613.

Dominationum Vestrarum Prudentium
ac Circumspectorum

Amicus benevolus

Comes GEORGIVS THURZÓ m. p.

Kivül: Paria literarum Illustrissimi
Domini Comitis Palatini ad Civitatem Nagy-
Bánya datarum.

(Egykoru másolat a m. k. kam. levéltárban.)

BCU Cluj / Central University Library Cluj

1613. nov. 28.

XXVI.

Generose ac Egregie. etc.

Palocsay Horváth György uram leányi házasodásokban az istenben elnyúgodt boldog emlékezetű Bocskay István minemő dispositiót tett volt, nyilván lehet kegyelmednél is; tudniillik, hogy Kővár az szegény Báthory fejedelemnek feleségéé és Huszt az megholt Homonnay Bálintnéé legyen, mely ily dispositiót az szegény fejedelem is, úgymint Báthory kedvesen vett, holott mind haláláig meg is tartotta bántás nélkül az asszonyt benne. Szegény Báthorynak már halála törtévé, nem illendő s nem is méltó, az özvegyétől hogy az vár és az hozzá való jószág elidegenitessék, sőt, hogy szegény Bocskaynak dispositiója szerint ezután is abban megtartassék, az közönséges igazság azt kívánja; mely dolgról hogy kegyelmeddel tractáljon, biztuk Forgács Sigmond uramra, úgymint az felföldön császár urunk ő fölsége generalisára; miérthogy pedig Kővárnak most kegyelmed főkapitánya, kegyelmedet szeretettel kérjük, meggondolván kegyelmed, sőt meg is

böcsülvén az istenben elnyúgodt Bocskay Istvánnak rendelését, azt az helyet és az hozzá tartozó jószágot senkinek ne másnak, de az mi kegyelmes urunk és koronás királyunkhoz, az szent korona hűségére és az szegény megholt erdélyi fejedelem özvegyének számára tartsa kegyelmed; az tractatusban Forgács Sigmond uram ő kegyelme valamire assecurálja magát, mi is fogadjuk, hogy abban kegyelmed meg nem fogyatkozik; sőt az meglévén, egyébből is, mind ő fölségénél, az mi kegyelmes urunknál, királyunknál és ez országnál is mind kegyelmedet, mind pedig az kegyelmeddel valókat igyekezzük promoveálni. El is hittük, hogy magának előmenetire és örökké való jó hírére azt az erősséget és az hozzá való jószágot ez országtól kegyelmed el nem idegeníti. Isten éltesse kegyelmedet. Bicsé 28. Novembris Anno 1613.

Comes GEORGIVS THURZÓ m. p.

(Egykoru másolat a m. kir. kamarai
levéltárban.)

A BÉCSI TITKOS LEVÉLTÁR OKLEVELEIBŐL.

XXVII.

I. Ferdinánd császár és király határozata a János Zsigmond követé Báthori István által elébe terjesztett egyezkedési feltételekre. Kelt Bécsben 1563. július 18-dikán.

Relati fuerunt ad sacratissimam caesarem maiestatem dominum nostrum clementissimum articuli, quos magnificus Stephanus Bathori de Somlijo Capitaneus arcis Vardiensis, consiliarius et orator illustrissimi principis domini Joanni Sigismundi ducis, filij olim serenissimi Regis Joannis, super proxima maiestatis sue caesareae resolutione sacre Romanorum ac Bohemie etc. Regie maiestati domino nostro aeque clementissimo secundo loco proposuit.

Et quod in primis ad titulum electi Regis Hungarie attinet, quem idem illustrissimus dux Joannes Sigismundus saltem ad uitam huius serenissimi Imperatoris Turcha-

rum ita duntaxat retinere cupit, ut eo in literis, que ipsi ad portam magnitudinis sue indies scribende occurrunt, uti queat, petitque alias sese per maiestatem suam caesaream alio honesto titulo ornari et condecorari, nempe eo, qui in scripto per dictum oratorem oblato continetur, maiestas sua caesarea ob easdem arduas causas, propter quas hactenus eidem jllustrissimo principi duci Joanni Sigismundo memoratum electi Regis titulum permittere uoluit, neque hoc quidem concedere potest, ut ipse jllustrissimus dux eo in literis ad portam Imperatoris Turcharum scribendis utatur, ideoque maiestas sua caesarea etiamnum paterne ac benigne postulat, ut si idem Illustrissimus dux candide et ex animo sese in beneuolentiam, gratiam, protectionem et patrocinium caesareae maiestatis committere decreuit, Regium titulum etiam apud Imperatorem Turcharum deponat, et cogitet ipsemet, quonam alio titulo uelit aut possit apud Magnitudinem eius uti, si namque hoc regio titulo nihilominus in dicta porta uti perget, maiestas sua caesarea iam nunc testatur id sine consensu et praeter uoluntatem maiestatis suae caesareae futurum, neque maiestati suae caesareae aut haeredibus legitimis Hungariae Regibus quicquam preiudicij inferre posse vel debere.

Similiter is quoque titulus, quo saepe factus dux Joannes Sigismundus sese quondam serenissimi Joannis Regis Hungariae Dalmatie Croatiae etc. filium principem Hungariae et Transsijluaniae appellandum intendit, sacratissimae caesareae maiestati probari non potest, hac enim appellatione et titulo principis Hungariae uideretur jllustrissimus dux Joannes Sigismundus tacite saltem id ipsum inferre, quod nomen electi Regis importat, exemplo fortassis filiorum Regum Hispaniarum et aliorum, qui antequam suscipiant gubernacula Regni, principes Hispaniarum et aliorum Regnarum uocantur. Et alioqui nemo potest uel debet esse aut uocari princeps Hungariae, nisi idem sit eiusdem Regni Rex. Quamobrem existimat caesarea maiestas dictum jllustrissimum dominum Joannem Sigismundum merito posse ac debere contentari eo titulo, quo uocetur dux aut princeps Transsijluaniae, prorsus omissa et silentio preterita

omni Hungariae mentione, quandoquidem nequaquam paruus aut obscurus est ducis Transsijluaniae titulus, cum illius prouinciae nomen in uniuerso pene terrarum orbe, praesertim in Christianitate, sit celeberrimum.

Intellexit porro sacratissima caesarea maiestas, quam ditionem et quam auctoritatem jllustrissimus dux Joannes Sigismundus sibi retinere ac propriam esse uelit, nimirum totam terram ultra Tibiscum sitam una cum arcibus nunc etiam in potestate sua ac fidelium suorum existentibus, ut puta Mwnkaz Hwzth Thokaj et Zerenchij et integris Comitatibus Bereg Wgochia et Maromaros. Arbitratur autem maiestas caesarea jllustrissimum ducem Joannem Sigismundum recordari illorum tractatum, qui anno 1551 in Transsijluania inter ipsum et quondam serenissimam eius matrem initi fuerunt, quorum uigore ipse acceptata duorum ducatum et aliorum honorum in Silesia compensatione cesserat tum ipsa Transsijluania tum reliqua ditione uniuersa, quam tunc in Hungaria extra Transsijluaniae tenebat, tradita maiestati suae caesareae pro maiore facte cessionis firmitate corona et sceptro, prout olim etiam cum serenissimo illius parente Rege Joanne siniles tractatus super eiusmodi cessione initos fuisse constat. Posteaquam uero dictus jllustrissimus dux cum serenissima quondam matre sua in Transsijluania reuersus est, maiestas sua caesarea ad requisitionem et in gratiam Imperatoris Turcharum annuerat illi deinceps pacificam possessionem Transsijluaniae solius relinquere, nec habuit maiestas sua caesarea cum illo ex eo tempore alios tractatus, quibus illi spem fecisset quicquam extra Transsijluaniae concedendj uel permittendi, praeter tractatus iuduciarum, quas maiestas sua caesarea cum illo semel atque iterum pepigit, hac conditione, ut alterutra pars durantibus iuducijs id retineret, quod tenuisset ea ipsa die, qua iuduciae firmate essent, sed condiciones iuduciarum que ad unum atque alterum annum facte sunt non ita obligant, ut ijs etiam expleto iuduciarum tempore standum sit, ut pactis, que in perpetue pacis tractatibus fieri solent. Cum ergo Transsijluania sit prouincia amplissima et locupletissima et potior multis

alijs preclaris ac magnis principatibus, et nominatim Oppoliensi et Rattiboriensi ducibus, quos olim ut supra dictum est illustrissimus dux acceptauerat, qua antiquitus etiam Regum Hungarie filij cum dignitate solebant esse contenti, et maiestati suae caesareae nimis graue futurum esset, se ipsam ac serenissimos liberos suos et sacram Regni coronam tam ampla ditione quam hoc tempore ultra citraque Tibiscum obtinet priuare, ac quodammodo Regnum cum grauissimo eius periculo in duas partes scindere, id quod haud dubie postmodum ordines ac status Regni maiestati suae caesareae uitio daturi essent, ideo maiestas sua caesarea aequum esse censet, quod saepedictus illustrissimus dux contentus sola Transsylvania, reliquam ditionem omnem in Hungaria sitam in qua profecto (quod pace dominationis suae illustrissime dictum sit) nonnulla loca contra omnem rationem et aequitatem erepta detinet, maiestati suae caesareae ac eius haeredibus et successoribus Regibus Hungarie pro se et suis haeredibus libere cedat atque dimittat, idque ut faciat publice pacis et tranquillitatis causa, quam in eiusmodi confusione et commixtione ditionis, que nunc est, seruare difficilimum foret, caesarea et Romanorum Regia maiestates benigne requirunt.

Quod si fecerit, maiestates suae confidunt stabilem et firmam futuram esse pacem, atque non minus ipsi illustrissimo duci quam caesareae Regieque maiestatibus ac uniuerso Regno utilem. Et hoc casu maiestas sua caesarea concedet ei tanquam duci vel principi Transsylvanie et haeredibus eius masculis in ipsa Transsylvania liberam et plenam auctoritatem et potestatem, uel pro se retinendi uel fidelibus suis subditis donandi et conferendi bona, quae successu temporis ad fiscum deuoluentur, dummodo nihil alienetur ex ijs bonis, quae antiquitus et iure ad coronam Regni spectant; item causas dijudicandi et iudicata executioni demandandi, cum alijs functionibus solitis et principi ac duci competentibus.

Caeterum cum maiestas sua caesarea per huiusmodi tractatus nequaquam cogitet Transsylvaniam a corona Regni Hungarie, cuius semper fuit atque etiamnum est et in

posterum esse debet nobilissimum membrum, omnino separare, sed potius cum eo perpetuo coniunctum manere cupiat, aequitas ipsa suadet et necessitas etiam exposcit, quod illustrissimus dux et haeredes ac successores eius masculi maiestati suae caesareae ac successoribus suis Hungarie Regibus in signum recognitionis pro ipsa Transsylvania in perpetuum debito fidelitatis et subiectionis iuramento astricti sint, et tanquam subditi ac membrum maiestati eius caesareae ac dictis successoribus suis ipsique corone ut domino et capiti in omnibus Regni necessitatibus pro conseruatione et defensione eius fideliter assistant, prout uiceuersa maiestas sua caesarea et successores eius Reges Hungarie ipsi illustrissimo duci et dictis haeredibus suis ac saepedictae Transsylvanie tanquam subditis et preclaro Regni membro benigna et paterna cura, protectione et defensione nusquam sunt defuturi.

Praeterea maiestas sua caesarea sibi ac suis successoribus Hungariae Regibus uult saluum et reseruatum esse jus succedendi in ipsa Transsylvania sine omni impedimento et contradictione, in euentum (quem Deus prohibeat), quo ipse illustrissimus dux Joannes Sigismundus sine legitimis filijs masculis decesserit, aut quodocunque posthac in posteris et descendentibus eius lineam masculinam deficere contigerit, ita tamen ut maiestas sua caesarea ac successores maiestatis suae Reges Hungarie superstitibus filiabus de honesta et decenti dote pro dignitate ipsius illustrissimi ducis provideant.

Quaecunque uero hoc modo ex utraque parte concludentur, maiestas sua caesarea pro maiore robore et firmitate per ordines et status Regni sui Hungarie approbari et ratificari curabit, id quod etiam illustrissimo duci ut fiat itidem ab ordinibus ac statibus Transsylvanie curandum erit.

Postremo quoad matrimonium ipsius illustrissimi ducis, quo sibi iungi optat unam ex serenissimis filiabus maiestatis caesareae res ita se habet, sicuti oratori ipsius illustrissimi ducis nuper demonstratum fuit, quod scilicet quaedam ex ipsis serenissimis caesareis filiabus iam sint elocate et promissae alijs principibus, reliquae uero firmissimò

proposito decreuerint inupte manere, easque ab huiusmodi suo proposito nulla ratione dimoueri posse, caeterum ut manifeste cognoscat illustrissimus dux Joannes Sigismundus maiestatem suam caesarem propensam esse, ut sibi dominationem eius illustrissimam propiore affinitatis uinculo iungat, ipsa caesarea ac Romanorum Regia maiestates cogitabunt et omnem operam dabunt, ut saltem aliquam ex neptibus uel alijs consanguineis maiestatum suarum uxorem consequatur, qua in re maiestates suae quicquid effecerint, dictum Illustrissimum ducem primo quoque tempore certiore facient.

Et haec uisa sunt sacratissime caesaree maiestati ad responsum et articulos per prefatum oratorem illustrissimi ducis propositos replicanda, quae cum sint per se aequitatis et rationi consentanea et ex singulari benignitate et clementia caesariae maiestatis perfecta, non uidetur dubitandum quin orator nomine dicti illustrissimi principis et domini sui iisdem obsequenter sit aequieturus.

Decretum per sacratissimam caesarem maiestatem Viennae 18. Julij 1563.

Kivül: Exemplum decreti sacratissime caesariae maiestatis pro oratore filij regis Joannis.

(Egykoru másolata a bécsi cs. titkos levéltárban.)

LEVÉLTÁRI ADATOK

a XVI. és XVII-ik

század történetéhez.

XIX.

Inczédi Pálnak Nagyságodhoz mint kegyelmes Urához alázatos supplicatiója.

Kegyelmes Uram, alázatosan jelentem Nagyságodnak, Kapi György Uram egy Trifó Istók nevű szakácsinasa lézzeg széljel, ki küllővári fi volt, most már Nagyságotok kegyelmességében van.

Nagyságodnak, kegyelmes Uram, könyörgök alázatosan, méltóztassék nekem és feleségemnek örökösön s legatariusinknak is kegyelmesen conferálni, talám valami hasznát vehetném, ha állandó lenne.

Nagyságod kegyelmességét alázatosan megszolgálom.

N. K. V. V.

Ráírva Apafi kezével: Fiat Albae, 23. Octobris 1686.

(Eredetije K. Papp Miklós gyűjteményében.)

XX.

Nos Michael Apafi Dei gratia Princeps Transylvaniae, partium regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod Nos cum ad nonnullorum fidelium Dominorum Consiliariorum nostrorum sigularem in conspectu nostro propterea factam intercensionem, tum vero attentis et consideratis fidelitate, fideliumque servitorum suorum meritis, Generosi Pauli Inczedi de Várad, quae ipse a tenera ferme iuventute sua Principali lateri nostro adhaerens, in omnibus fortunae nostrae vicissitudinibus, prosperis aequae ac adversis, illibata fide ac constantia, animique dexteritate fideliter exhibuit et impendit, ac imposterum quoque in eo, quo Praefecturatus nostri fungitur munere, aliisque nostris, ac Regni hujus nostri negotiis laudabiliter exhibiturum et impensurum minime dubitamus; Volentes itaque eundem Principali munificentia nostra condecorare; Providum igitur jobbationem nostrum Stephanum Triffo, alias ad Castrum nostrum Küllőváriensem pertinentem et inservientem, verum mutato residentiae suo loco, incertis sedibus vagantem, ex Principali potestatis nostrae plenitudine, cum cunctis suis posteritatibus, rebusque mobilibus universis, memorato Paulo Inczedi, ac per eum Generosae Dominae Catharinae Lipcsei, consorti suae, ipsorumque haeredibus et posteritatibus utriusque sexus universis, ac etiam legatariis, cum toto jure nostro Regio clementer dedimus, donavimus et contulimus, prout damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter, Salvo jure alieno. Harum nostrarum majoris et authentici Sigilli nostri munimine roboratarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Civitate nostra Alba Julia, die vigesima tertia Mensis

octobris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Sexto.

M. APAFI m. p.

(P.H.)

(Eredetije K. Papp Miklós gyűjteményében.)

XXI.

